



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita B. Francisci Xaverii**

**Torsellini, Orazio**

**Coloniae Agrippinae, 1610**

I. Sinas aditurus, Indiam repetere statuit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42323**

VITÆ LIBER V. 387

HORATII

TURSELLINI  
DE VITA

FRANCISCI  
XAVERII

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

*Smas aditurus, Indianam repetere sta-  
tuit.*

**S**IN ARVM fides à Iapo-  
nia; quà breuissimus tra-  
iectus est, non amplius  
CC. passuum millibus  
distant. Regnum in con-  
tinenti longè amplissi-  
mum pacatissimumq; est totius Orientis.  
Non alia regio pluribus, maiori bus, opu-  
lentioribus frequētatur vrbibus oppidis-  
que. Nec ea populorum modò, omni-  
umq; rerum vbertate atq; copia, sed et-  
iam ingenii liberalibusq; studiis abun-

*Sinarmis  
descriptio  
ac mores.*

R. 2. dat.

HORA

dat. Vnius imperio paret vniuersa, omnibus Regis nutum intuentibus. Constat quippe, nulli usquam Regi toto orbe terrarum, neque populos, neque Magistratus, magis dicto audientes esse. Regem porro ipsum, moderationis potius quam potestatis memorem, non ad libidinem atque arbitrium suum, sed de Senatus sententia & ex patriis Legibus omnia administrare. Rempublicam magis quam Regnum esse credas, adeò consilium & ius dominantur. Gens porro ipsa similiter quidem ut Laponica alba est, & ingenuosa; cæterum non similiter dedita studio armorum. Bonzij autem Deorum Antistites, senescente sanctitatis eorum opinione, iam nullo apud Sinas erant honore ac pretio. Non alia ferme natio ad Christi religionem aptior, nisi luxus & scilicet Dæmonis dolus obstaret. Nam

*Sinarum  
regio clau-  
sa Euan-  
gelio.*

Satanæ suis rebus timentis operâ omnis, quasi sub signo & claustris, tenetur regio, Euangelijs præconibus prorsus exclusa. Antiquissimis quippe Sinarum legibus peregrini omnes, præter Legatos, aditu prohibentur. Si quis iniussu Regis accesserit, capitale est. His rebus compertis, Xauerius rationem inire cœpit insinuandi se in Sinas. Cogitanti illud occurrerit, ut in Indiam reuersus, cum Protop-

Goad

Goanoque Episcopo ageret de legatione ad Sinarum Regem destinanda: ipse Legati comes, patefacto introitu, Euangeliū Sinis inferret. Atq; hoc ipsum, quod tot populi ac prouinciæ vnius regerentur imperio, propagandæ facilius religionis pignus à Deo habere videbatur. Proindenon desperabat fore, ut (quod olim Romano imperio euenisset) ab ipso Regē & capite orsa religione in omnes Sinarum gentes; ac velut Regni membra, manaret. Biennium totum iam in Iapnia versatus erat: præcipuisque in Regnis non solum Christo greges, sed etiam sedes Societati quæsierat; cùm cœpit de reuersione in Indiam cogitare. Præter eam, quam diximus, Legationis mit- *Cura So-*  
tendæ causam, suorum quoque respectus *ciorum*,  
& cura domum illum aliquando reuocabat: non tam quod locorum longinquitate ac suorum desiderio commoueretur, quam quod committendū non putaret, Ehnicos ad Christum aggregans, commissum sibi à Christo & ab Ignatio desejeret gregem. Etsi enim absens per literas, quæcunque à Sociis gererentur, idem cognoscebat; tamen subibat animum illa cogitatio, frontem (vt diciatur) esse occipitio priorem, ac sedulos paltores suis magis oculis, quam alienis,

greges suos lustrare oportere. Itaque stauit Indicos Socios, quibus præterat, longo interuallo reuisere; ac, delectu habito, ex eis aliquot submittere in Iaponiam: ipse autem, rebus compositis, & Legatione instructa, pariter cum Legato in Sinas penetrare.

## CAPUT II.

*Sinas petens, abreptam vi tempestatis  
scapham precibus recuperat.*

VSITANÆ ergo nauis Sinas pententis occasione inuitatus, simul cum Bungensis Regis Legato, qui Proregi Indiae ferebat dona, concendit, Nouembri mense, anno huius seculi L I. Ex Iaponia Matthæum & Bernardum indigenas, ab se baptizatos, secum deduxit, simul specimen gentis Iaponicæ, simul idoneos maiestatis Christianæ spectatores Romanæ in primis Ecclesiæ ornamentiis opibusque exploratis, domum reuecti conciliarent nomini Christiano apud Iapones dignitatem, commemorando aliis quæ ipse oculis subieciisset. Prospero inde cursu vectos Lusitanos sanè varia & miraculis insignis nauigatio exceptit. Se-

ptimo